

CURRENDA X.

PRO ANNO 1862.

Venerabili Clero Diocesano, Salutem in Domino!

Nr. 74. Inter multinodas muneris Nostri sollicitudines ac molestias id inprimis acerbissimo mæ-
pres. rore afficit cor Nostrum, quod plures Sacerdotes, criminis turbati ordinis publici, etiam in con-
cionibus commissi, imo offensionis sacratæ personæ Augustissimi Imperatoris incusati, cum magno
dignitatis sacerdotalis dispendio ad c. r. Judicia pœnalia trahuntur. Et licet non omnia ipsis ob-
jecta crimina verificentur, pluraque nimis exaggerata conspiciantur, quod et ipsa c. r. Judicia
pœnalia incusatos ob defectum sufficientis probationis a crimine eliberando agnoscunt, nihilominus
tamen ejusmodi Sacerdotes plerumque non obtenta innocentiæ sententia, a suspicionis macula non
purgantur, et semper, si non criminosa, saltem imprudenti ac incauta agendi ratione criminationes
contra se delatas provocasse dignoscuntur.

Maxime dolemus ac ingeniscimus, Sacerdotes, qui sicut in omni virtutum genere, ita
et in debita erga sublimiores potestates subjectione ac fideli obsequio populo præluere deberent,
aliquando perversis ævi opinionibus misere deceptos, in tanti momenti negotio a proprio officio
incaute deflectere. Gravis inde in populo fideli nascitur offensio, magna auctoritatis Cleri diminu-
tio, præsertim quum culpa singulorum facile a malevolis ad universum Clerum extendatur. Gravior
vero culpa, funestius scandalum oritursi verbi divini præco, in muneris prædicandi officio contra
divinum præceptum debiti altiori potestati obsequii delinquit, vel etiam sic incastigate loquitur, ut
ab auditoribus delinquere censeatur. Populus illum Cæsareo Regimini infensum reputans vilipen-
det, illique etiam eloquia divina fideliter interpretanti, ac vias Domini in veritate docenti haud
facile fidem adhibebit.

Fratres dilectissimi! pensemus sublimem vocationem Nostram, et gravissimam pro ani-
mabus curæ nostræ conceditis coram Deo responsabilitatem. Sumus *ministri Christi, Ejus no-
mine legatione ad populum fungimur*, Christum itaque Ejusque divinam doctrinam unice præ-
dicare Nos oportet, secundum Apostolum dicentem: „*Non enim judicavi, me scire aliquid inter
vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.*“ Gloriam Dei et fidelium æternam salutem promovere,
hic sanctæ vocationis Nostræ finis, hoc omnis activitatis Nostræ pensum! Instituere populum in
fide Jesu Christi et præceptis divinis, impugnare infidelitatem et superstitionem, insurgere contra
dominantia vitia ebrietatis, luxuriæ, vindictæ, occurrere violationi alienæ proprietatis jurumque
alterius læsioni, inculcare timorem et amorem Dei, mutuam proximi dilectionem, reverentiam et
subjectionem erga potestatem Ecclesiasticam et civilem, hæc sunt concionum et catechesium
Nostrarum argumentum. Hoc modo promovebimus gloriam Dei et æternam populi fidelis Salutem,
sed et terrestri singulorum aequæ ac universorum felicitati melius consulimus, quam si prætextu
boni publici in *persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis* profonas quaestiones ventilemus.

Et quo magis aliquod præceptum divinum violari aut contemni conspiciamus, eo magis
ad illud inculcandum provocatos nos sentiamus. Quo magis igitur genius ævi nostri omni pote-
stati adversatur, quo plures nostris temporibus prohi dolor! inveniuntur, qui *Secundum desideria
sua ambulantes dominationem spernunt, majestatem blasphemant*, eo studiosius debitam po-

testati obedientiam ac fidelem subjectionem qua verbo, qua exemplo docere nos oportet. Non licet nobis silere, dum *leo rugiens circumit*, non simus *canes muti*, dum lupus ovibus insidiatur. Præsertim vero tunc officia christiani hominis erga Imperantem et magistratus exponere convenit, quum pericope Evangelica illud prædicationi Nostræ thema offert, imo, uti Dominica XXII. post Pentecosten, illud veluti obtrudit. Non loqui de eo, de quo Ecclesia certis diebus certam pericopen evangelicam destinando sermonem faciendum esse innuit, non loqui ideo, ne fors inde pauci malevoli offendantur, est erubescere Christum et offendere longe plurimos, qui recte Sermonem de Christi præcepto in Evangelica pericope proposito jure expectant. Præceptum Domini: „Date Cæsari, quæ sunt Cæsari“ sicut monitio Apostoli: „Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi a Deo; quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam“ manet in æternum. Doctrina hæc nunquam debeat de Catechismo Ecclesiæ catholicæ; hinc etiam ei prædicandæ Sacerdos Catholicus nunquam deesse debet. Non est minister Christi, qui Christi doctrinam prædicare erubescit, immemor mandati Apostolici, his nostris diebus alta mente reponendi: „Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra increpa in omni patientia et doctrina; erit enim tempus, cum Sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria cocercabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.“

Ignoscite mihi, Fratres dilectissimi! quod in hac materia ad Vos verba faciam. Equidem optime novi, paucissimos Vestrum hac monitione indigere; verum culpa paucorum est dolor multorum, et infirmitas unius membri totum corpus afficit. Quapropter Nostrum est, unitis viribus malo resistere, et si fors confratrem a recto officii tramite deviantem viderimus, fraterna correctione eum ad Saniora revocare satagamus, ut auferatur malum ex nobis ipsis et sicut modestia, fides, pietas, ita et obedientia Nostra in omnem locum divulgetur.

J. Hoppe,

Vicarius Capitularis.

Ab Ordinariatu rit. lat.

Premissæ, die 15. Novembris 1862.

Adalbertus Harmata,

Cancellarius.

KURENDA SZKOLNA

na rok 1862.

W używaniu książek, do wykładu nauki języka polskiego i niemieckiego służących podziału godzin naukowych w szkołach, pod nadzór tutejszego Konsystorza należących, zachodzi wielka niezgodność, z kąd dla dzieci, zwłaszcza w przejściu z jednej szkoły do drugiej wielka wyrasta trudność, a dla rodziców ta wynika uciążliwość, iż częstokroć na kupno książek zbytecznych, koszta łożyć muszą. — To powoduje Konsystorz, rzezony stosunek w celu osiągnięcia większej jednorodności i dogodności tak dla dzieci jak i rodziców na podstawie wysokich rozporządzeń przez byłe wysokie c. k. Ministerstwo oświecenia i istniejące wysokie c. k. Ministerstwo stanu wydanych, niniejszém w następujący sposób uporządkować:

Według rozporządzenia wysokiego c. k. Ministerstwa stanu z dnia 26. Lipca 1861. L. 6152. i 5. Marca 1862. L. 1196. przez wysokie c. k. Namiestnictwo pod dniem 13. Sierpnia 1861. L. 51206 i 28. Kwietnia 1862. L. 19390 intymowanego, nauka języka niemieckiego w szkołach trywialnych dopiero w drugiej klasie na drugi kurs, w głównych zaś szkołach według okoliczności i zarządzenia bezpośredniej władzy szkolnej albo w pierwszej klasie na drugi kurs, albo w drugiej na pierwszy lub też drugi kurs poczynać się ma.

Zdaniem tutejszego Konsystorza byłoby zawczasie naukę języka niemieckiego w naszych szkołach ludowych już w pierwszej klasie rozpoczynać, stósownie do którego przekonania niniejszém rozporządza się, aby tę naukę w szkołach trywialnych męzkich i żeńskich dopiero w drugiej klasie na drugi kurs, w głównych zaś w drugiej klasie na pierwszy kurs rozpoczynało.

Ile godzin każdemu przedmiotowi w szkołach głównych i trywialnych poświęcać należy i jaki cel wykładowi każdego przedmiotu wytkniętym być ma, wysokie rozporządzenie c. k. Ministerstwa oświecenia z dnia 23. Marca 1855. L. 18788 dostatecznie orzekło, a późniejszém rozporządzeniem z dnia 5. Lutego 1856. L. 13109 w celu podniesienia nauki języka niemieckiego w szkołach polskich uchwalono, aby w klasach pierwszej i drugiej przeważnie uczono po polsku, w klasie trzeciej językom polskiemu i niemieckiemu równą, w czwartej zaś językowi niemieckiemu większą ilość godzin przeznaczono.

Ze względu na te wysokie rozporządzenia, następujący podział godzin naukowych dla szkół ludowych, w których język polski jest wykładowym, przedstawia się jako stósowny:

I. Klasa.			II. Klasa.		
Religia	tygodniowo	2 godziny	Religia	tygodniowo	3 godzin
Język polski	"	12 godzin	Język polski	"	9 "
Rachunki	"	3 "	Język niemiecki	"	7 "
Pisanie	"	3 "	Rachunki	"	4 "
			Pisanie	"	3 "
		<hr/>			<hr/>
		Razem 20 godzin.			Razem 26 godzin.

III. Klasa.			IV. Klasa.		
Religia	tygodniowo	4 godzin	Religia i historia biblii	tygodniowo	5 godzin
Język polski	"	8 "	Język niemiecki	"	9 "
Język niemiecki	"	8 "	Język polski	"	6 "
Rachunki	"	3 "	Rachunki	"	3 "
Pisanie	"	3 "	Kaligrafia	"	2 "
Razem 26 godzin.			Razem 26 godzin.		

Pod naukę języka podciąga się czytanie, Gramatykę, pisownię stylistykę czyli sposób wyrażania myśli tak pisemnie jako też ustnie. — Gdzie obok języka polskiego drugi język krajowy [ruski] wykładanym bywa, można wykładowi języka polskiego i niemieckiego parę godzin ująć, lub gdyby to za mniej stosowne uważano, do ogólnej liczby kilka godzin na tydzień przyczynić. — Nauka zaś tego drugiego języka krajowego według wyz. wzmiankowanego wysokiego rozporządzenia Ministeryalnego z dnia 26. Lipca 1861. L. 6152, nie wcześniej jak na drugi kurs w pierwszej klasie ma się poczynać.

Według tychsamych prawideł także nauka w szkołach trywialnych i panieńskich ma być uregulowana.

Przy nauce języka niemieckiego w szkołach naszych dotąd następujące książki były używane:

W I. Klasie. Abecadlnik niemiecki (die Zibel.)

W II. Klasie. Elementarz niemiecki i „erstes Sprach- und Lesebuch.“

W III. Klasie. Zweites Sprach- und Lesebuch i praktyczna Gramatyka języka niemieckiego Część I.

W IV. Klasie. Drittes Sprach- und Lesebuch i praktyczna Gramatyka języka niemieckiego Część II.

Wysokiem rozporządzeniem byłego c. k. Ministerstwa oświecenia z dnia 17. Sierpnia 1851. L. 8123, 17. Kwietnia 1852. L. 4269. 2. Września 1853. L. 9128 i 13. Września 1858. L. 15713. Abecadlnik niemiecki (Zibel) i wyz. naniemione książki do czytania *wyrażnie tylko dla szkół, w których język wykładowy jest niemiecki* są przepisane, dla szkół zaś ludowych, w których język wykładowy jest polski, wysokim dekretem z dnia 19. Października 1855. L. 15084, 4. Czerwca 1854. L. 6204 i 5. Czerwca 1859. L. 22240. do nauki języka niemieckiego, przepisano Elementarz niemiecki i obydwie części praktycznej Gramatyki niemieckiej, pierwszy (Elementarz) na drugą, ostatnią (t. j. praktyczną Gramatykę) na trzecią i czwartą klasę.

Elementarz niemiecki w szkołach polskich, ma takie same przeznaczenie co do języka niemieckiego, jak Elementarz polski co do polskiego języka; jest zatem książką początkową, która dzieci polskie w zasób wyrazów niemieckich zaopatrzyć, oraz takowe z czytaniem i pisanem niemieckim, równie jak i z najgłówniejszemi prawidłami pisowni i Gramatyki niemieckiej w sposób praktyczny oswoić ma. Książeczka takowa w roztropny sposób użyta, dostatecznie przygotowuje dzieci drugiej klasy do wykładu praktycznej Gramatyki niemieckiej w klasie trzeciej, oraz dzieciom polskim początki języka niemieckiego więcej uprzyjemni, jak dotychczas używany niemiecki Abecadlnik.

Będąca w mowie praktyczna niemiecka Gramatyka składa się z dwóch części, z których pierwsza dla III. druga dla IV. klasy jest przeznaczona. — Każda z nich ma w przydatku ćwiczenia (Leseübungen) poprzedzającym regułom odpowiednie, które do praktycznego zastosowania tychże używane być mają.

Gramatyka rzezonca jest przeto nietylko zbiorem reguł mowy niemieckiej, lecz oraz i książką do czytania, tak iż przy jej należytem użyciu, bez osobnych książek do czytania dotąd w trzeciej i czwartej klasie używanych obejmć się można, równie jak Abecadlnik niemiecki obok Elementarza niemieckiego w drugiej klasie zbędnym się staje. Uważa się tutaj: że wspomniona praktyczna Gramatyka języka niemieckiego używana być ma w wydaniu z roku 1860—1861. gdyż w dawniejszym wydaniu ćwiczeń brakuje, które miejsce książki do czytania zastąpić mają.

Tak więc co do obydwóch języków na przyszłość następujące książki dla każdej klasy jako wyłączenie przepisane uważać należy:

I. Co do języka polskiego.

W pierwszej Klasie.

Elementarz polski. Używanie tej książki nauczycielom ułatwi świeżo wydana metodyka Wojnarskiego i Tempskiego nauka poglądu. Według rzezonej metodyki i według wewnętrznego urządzenia samego Elementarza w pierwszej nauce czytania, należy używać metody głosowania (Lautermethode) a z czytaniem oraz pisanie łączyć. Zadaniem nauczyciela jest,

Z nauką Gramatyki polskiej i niemieckiej krok w krok postępować powinna stylistyka, którą już w 3ciej a na większy rozmiar w 4tej klasie udzielana być ma.

Jeżeli się Nauczyciele z trzema książkami dla nauki języka niemieckiego w szkołach polskich przeznaczonemi dobrze obznajmią, wykłady swoje według trybu w nich wskazanego stopniowo urządzą, przykłady w nich zawarte z młodzieżą ustnie i pisemnie przejdą, a z teorią odpowiedne ćwiczenia stylistyczne połączą, spodziewać się można, że dzieci w języku niemieckim więcej jak według dotychczasowej metody uczenia postąpią, przyczem jeszcze ta korzyść będzie osiągnięta, że ucząc się języka niemieckiego oraz w mowie ojczystej się ugruntują.

W końcu czyni się uwagę, że w szkołach ludowych z wykładem niemieckim (n. p. kolonialnych i żydowskich), dotychczas używane niemieckie książki do czytania i Gramatyki pozostać mają.

JJKKs. Nadzorca zechcą obecny okólnik wszystkim nauczycielom okręgu swego równie jak i naczelnicom prywatnych konwiktów panien, gdzie takowe istnieją przed rozpoczęciem roku szkolnego 186³/₆₃ wcześniej obwieścić, i nalegać aby się do niego ściśle stosowano.

Ks. J. Hoppe,

Jen. Wik. Kap.

Ks. Franciszek Pawłowski,

Scholastyk.

Z Konsystorza biskupiego obr. łac.

Przemysł, 18. Lipca 1862.

Ks. W. Harmata,

Kanclerz.

CURRENDA.

Venerabili Clero Diocesano, Salutem in Domino!

Nro. 32. Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus Franciscus Xaverius Eques de **Wierzchleyski** Archiepiscopus rit. lat. Leopoliensis ac Metropolita Noster communicavit Nobis exemplum Literarum Apostolicarum sub 17. Martii ad se datarum, quibus SS. Dominus Noster Papa Pius IX. quoad politicas demonstrationes in quibusdam ecclesiis Regni hujus admissas, Ecclesiae sensum suaeque consilia manifestat, et quomodo Sacerdotes hoc respectu conversari oporteat exponit; quas literas Apostolicas ad notitiam Venerabilis Cleri eo fine deducimus, ut exinde certissimam directionem suorum actuum desumat, et monitis Apostolicis fidelissime obsequatur.

Premislae, die 30. Aprilis 1862.

Venerabili Fratri Francisco Xaverio Archiepiscopo Leopoliensi latini ritus.

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. Libentissime Tuas nuperrime accepimus literas, intimo erga Nos et hanc Apostolicam Sedem, fidei, pietatis et observantiae sensu conscriptas, ac die 21 proximi mensis Januarii datas. Iisdem autem significas, Venerabilis Frater, post recentes notissimosque in variis Poloniae regni regionibus motus, in ista quoque Tua dioecesi plures varii generis in eodem sensu significationes locum habuisse. Namque inter alia, uti narras, ab aliquibus utriusq. Cleri presbyteris etiam in ecclesiis politicae habitae conciones, et ibi carmina et hymni argumentis item politici a laicis praesertim viris cantati fuerunt. Itaque etiam si opportuna jam alias dedisses monita, tamen collatis cum Tuis Suffraganeis Episcopis consiliis, die 18. mensis Novembris superiori anno ordinationem ad istum Tuum Clerum pro pastoralis Tui muneris officio dandam existimasti, ejus exemplar Nobis misisti. Qua ordinatione eundem Clerum iterum serio monuisti, ut a commemoratis rebus et politicis negotiis se omnino abtineat, eumque vehementer es hortatus, ut proprii ministerii partes sedulo explens animarum salutem servare studeat.

Non possumus non vehementer probare et commendare susceptum a Te consilium, quandoquidem, Venerabilis Frater hac Tua agendi ratione et domus Dei sanctitatem, decorem dignitatemque tueri, atque in Tui Cleri memoria propria officia revocare omni studio curasti. Domos enim Dei, quas domos orationis ipse Christus Salvator Noster nuncupavit, summa religione esse habendas et excolendas ab ipso Deo admonemur, qui desolationem mittatur in eos, qui ponunt officinula in domo, in qua invocatur nomen Ejus, ut polluant eam. (Jerem. Cap. 7. v. 30.) Sacrae siquidem aedes ad divina officia sancte celebranda, et religionis actus pie exercendos sunt destinatae. Quocirca Decessor Noster Beatus Gregorius X. de s. templis loquens inter alia haec provide sapienterque docet et praecipit: „Adtendantur in locis eisdem intentis praecordiis sacra

„solemnia; devotis orationibus insistatur. Nullus in locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete
„vota convenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moveat impetuive committat. Ces-
„sent in locis istis.... societatum quarumlibet concilia, conciones. Cessent vana et multo fortius
„fœda et profana colloquia. Cessent confabulationes quœlibet. Sint postremo quœcumq' alia, quæ
„divinum possunt turbare officium, aut oculos divinæ Majestatis offendere, ab ipsis prorsus ex-
„tranea, ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur
„peccata committi.“ (B. Greg. X. in Conc. gener. Lngdun. relatur. in Cap. *decet* de immunit. eccles. in 6.) Quæ sane omnia peculiari sua constitutione confirmavit, innovavit et ampliavit S. Pius V. Prædecessor item Noster, gravioribus adversus transgressores penis constitutis. (S. Pius V. Constit. *Cum primum* edita 1 Aprilis 1566.) Quocirca, Venerabilis Frater merito atq' optimo jure episcopalem Tuam susulisti vocem, ad honorem domus Dei vindicandum, atq' ad ea amovenda, quæ a loci sanctitate omnino sunt aliena, quandoquidem fideles in domo Dei summa cum pietate ac religione versari debent et grande est nefas in ea se minus reverenter gerere. Atq' etiam merito Tuum Clerum sapientissimis præsertim Concilii Tridentini verbis monuisti, quomodo debeat christianum populum salutari doctrina imbuere, eumque ad vitia fugienda atque ad virtutes amplectendas exercendasque excitare, et quomodo a popularibus concionibus secludantur oporteat, quæ ad ædificationem non faciunt, et a quibus plerumq' nulla est pietatis accessio. Et quidem ecclesiastici viri nihil antiquius habere debent, quam ut propriæ vocationis semper memores virtutum omnium exempla christiano populo præbeant, orationi insistent, proprii ministerii munia sancte obeant, sacras potissimum disciplinas assidue excolant, ac tum a politicis turbis, tum ab aliis omnibus, quæ in sortem Domini vocatos nequaquam decet, omnino abhorreant, atq' veram ac germanam Catholicæ Ecclesiæ docentes doctrinam in sempiternam hominum procurandam salutem strenue incumbant. Jam vero quod attinet ad responsum a Te, Venerabilis Frater illis datum, qui Te adierunt, ut commemoratam Tuam ordinationem, juxta eorum desideria revocares, responsum idem, illam episcopalem prudentiam ac firmitatem ostendit, quæ Catholicum Antistitem summo opere decet. Atque responsum idem eo magis congruum et opportunum, quod istic diversa plane sint rerum ac temporum adjuncta, in quibus alibi sanctissima nostra versatur religio. Perge, Venerabilis Frater, majore usque alacritate omnes pastoralis Tui muneris partis implere et catholicæ ecclesiæ doctrinam tueri, defendere et inculcare, Tuumq' Clerum assidue hortari, ut digne ambulet vocatione, qua vocatus est. Nec desinas pro eximia Tua pietate et episcopali zelo fideles Tibi commissos indesinenter monere et excitare, ut in cath. religione magis in dies firmi ac stabiles permaneant, ac singula quæque Dei, ejusq' s. ecclesiæ mandata religiose servanda curent, et mutuam inter se caritatem continuam habeant, ac per bona opera certam eorum vocationem et electionem facere studeant. Denique Tibi persuadeas velimus, præcipuam esse Nostram in Te caritatem, ac Nos a Deo Optimo Maximo humiliter enixeque exposcere, ut Te replere, confortare et consolari velit uberrimis divinæ suæ gratiæ donis, quæ in dilectas quoque oves Tuæ curæ commissas copiose descendant. Atque horum auspiciem et propensissimæ Nostræ in Te voluntatis pignus Apostolicam benedictionem intimo cordis affectu Tibi ipsi Venerabilis Frater, cunctisque Clericis laicisque fidelibus Tuæ curæ commissis, peramanter impertimur. Datum Romæ apud s. Petrum die 17. Martii anno 1862 Pontificatus Nostri anno decimosexto. Pius PP. IX.

Josephus Hoppe,
Vicarius Capitularis.

JÓZEF HOPPE,

PROBOSZCZ INFULAT KATEDRALNY JENERALNY WIKARYUSZ KAPITULARNY, KAWALER ORDERU CES. AUSTRYACKIEGO LEOPOLDA.

Wielebnemu Duchowieństwu diecezalnemu pozdrowienie!

W sprawie Matki pięknej miłości, i bojaźni, i poznania, i świętej nadziei, w sprawie Tej, w której łąska wszęgo żywota i prawdy, wszelka nadzieja życia i cnoty, którą pieniem kościoła, życiem, słodkością i nadzieją naszą tak często witamy, dziś odezwać się do Was Wielebni w Panu Bracia przy-
padło Nam w udziale.

Jeszcze w roku 1853 zawiązało się w Rzymie za natchnieniem Ojca Ś. stowarzyszenie z Biskupów i kapłanów złożone pod godłem Niepokalanego Poczęcia Bogarodzicy Dziewicy, a pod nazwaniem złotej korony. Przystępujący zobowiązują się w oznaczonym dniu każdego miesiąca odprawić Mszą św. na cześć Bogarodzicielki, ofiarując tę najświętszą ofiarę w imieniu teje Matki Bożej, Świętych w Niebie i wybranych Pańskich na ziemi Panu Bogu w Trójcy jednemu na podziękowanie za niepoliczone a osobliwsze łaski Najświętszej Pannie hojnie wyświadczone, a mianowicie za szczególniejszy przywilej Niepokalanego Poczęcia, którym obdarzona została; przy czem nieomieszkają najgorętsze błagania zanosić do tej Matki łaski i miłosierdzia a pomoc Jej w obecnych kościoła ś. potrzebach i o nawróceniu grzeszników w myśl Ojca Ś. — Złota więc korona powstaje z 31 mszów śś. mających się odprawić przez 31 kapłanów każdego dnia w miesiącu, a wszystkie korony takie razem wzięte stanowią jedną niepojętą i niewystawioną ceny koronę, włożoną na skronie dziewiczej Matki Boga w blasku Niepokalanego Poczęcia jaśniejącej. Zbawienie to i pełne słicznego uroku stowarzyszenie tak szybko się rozrosło między kapłanami całego świata katolickiego, że przy końcu wspomnianego roku tysiąc przeszło mszy śś. codziennie ofiarowano w wyż wymienionym celu. Zład Ojciec Ś. pełen wesela i radości w jednym z kościołów Rzymskich stowarzyszenie rzezone na wieczne czasy ustanowił, zatwierdził, hojnie odpustami obdarzył i siebie patronem jego ogłosił. Kiedy wiadomość o istnieniu tego stowarzyszenia do tej diecezji urzędową drogą nadeszła, natychmiast ówczesny Najprzewielebniejszy Pasterz poczynił stosowne przygotowania do wprowadzenia go między klerem swoim, lecz wyniesienie Jego na stolicę Metropolitalną przerwało podjęte dzieło w samym biegu. — I zgąsły nam niedawno nieodżałowany Ks. Biskup umyślił połączyć duchowieństwo swoje z ową olbrzymią przed Niebem i ziemią koroną, w której najprzedniejszy kamień świeci zastępca niewidomej żywej skały Pius IX., ale niestety w połowie dni, w połowie drogi odwołany, aby wziął nieskazitelny niezwydły wieniec, niedoczekał się pociechy z rozmnożenia czci i chwwały Najśłodziej Matki i Opiekunki swojej. Co tedy owi Najprzewielebniejsi Pasterze zamysłali i wprowadzić pragnęli, to radzibyśmy dokonać i szczęśliwym skutkiem uwieńczyć ich pobożne i gorliwe chęci. I już naprzód wielbi dusza nasza Pana, i raduje się duch nasz w Bogu Zbawicielu naszym, że wnet na kilkuset ołtarzach tej świetnej diecezji wzniesie się ku Niebiosom najwonnejsza dziękowania ofiara za niewymowne obdarzenie i wywyższenie Matki, Pani i Królowy naszej stojącej po prawicy króla w szacie złotogłowej, że nawzajem owa podskarbczyni darów niebieskich spuści na Wielbicielu swoich rzekę nowych łask i skarbów na żywot wieczny. — Chociaż Miłość Wasza z załączonej książeczki dokładną poweźmie informacją o istocie i znaczeniu tego stowarzyszenia, jednak zdało się Nam potrzebnem zwrócić uwagę na to, że pod godłem Niepokalanego Poczęcia zawiązane zostało. Zaiste WVV. w Panu Bracia słuszna, że się pod tem godłem wiąże kapłaństwo w tryumfalną koronę dla Maryi, bo z chwilą ogłoszenia prawdy ugruntowanej na słowie Odwiecznego „ipsa conteret caput tuum“ wiąże się doba wygnania ciemności z dusz ludzkich, wytopienia kacerstw i herezy za przyczyną Tej, która w Niepokalanem Poczęciu swoim zartała plugawy łeb szatana. Godzi się odąd wołać, że nastąpi chwila, w której Anioł światłości zbrojny łańcuchem prawd, zwiąże anioła błędu i ciemnoty, zwodziciela narodów, i na długi szereg lat trąci w przepaście więzienie. Z ogłoszeniem tego przywileju Najświętszej Maryi Panny zwycięstwo prawdy wiary jawniejszemu stanie i świetniejszemu. Im więcej bowiem odstania się przed nami godność, władza i świętość Maryi tem więcej rośniemy w poznaniu i w miłości Jej Syna Boga i Zbawiciela naszego, a tem samem nieprzystępną Trójcę przenajświętszą.

Gdyż pewna jest, że jak przez Maryą Syn Boży zstąpił na ten świat, tak przez Maryą chce łąska rozdać i rozlewać światłość poznania Boga prawdziwego, jak przez Maryą początek wzięto zbawienie, tak przez Nią dokonanie weźmie. Jeśli tedy za rozszerzeniem Jej znajomości i uwielbienia idzie łąska wszelakiego żywota i prawdy, wszelka nadzieja życia i cnoty, piękna miłość, bojaźń i poznanie,

jakoż mogliśmy objętymi i ziemnymi być na Jej część i chwałę? My, którym zwierzone jest opowiadanie znajomości Boga prawdziwego, wszczepianie hojności Bożej i miłości, utwierdzenie nadziei na żywot wieczny, musimy bez przestanku zwracać oczy i serca ku tej Matce żywota, która na roku swoim mądrość Ojca Przedwiecznego na ramieniu swoim Boga zastępów trzyma, która jest stolicą rozumną Majestatu Bożego, pośredniczką naszą w przyczynieniu do Syna, nad wszystkie inne stworzenia. Jemu najbliższą, najmilszą. I niepodobna zda się, żeby we wszystkich nas WW. Bracia niegorzała osobliwsza miłość ku Tej, z której początek wzięto przeznaczenie kapłaństwa nasze, której dziewiczego Syna jako Baranka nieznanego codziennie poświęcamy i za pokarm bierzemy. Niepodobna, żeby i nas nieogarnął powszechny dziś zapal w uwielbieniu tej wtorej a najszczęśliwszej Rodzicielki żyjących, który od wieśniczego dziecięcia po wszystkich stopniach hierarchii kościoła pnieć błogie płomienie swoje, a w anielskiej duszy Ojca Ś. najsilniejszym żarem się pali. Wszyscy dziś pod grozą strasznych klęsk, a w przecieczu okropniejszych na znak pewnej obrony, tulą się i garną do ucieczki grzeszników, do Pocieszycielki utrapionych, do Orędowniczki naszej. To jedumysłne uciekanie się do Maryi, jest wymownym głosem wiernych dzieci kościoła. Oto burzą się narody, a mocarstwa kują spiski, ale nic nie zradzą, bo silniejszą jest Marya od wszystkich narodów ziemi, od wszystkich mocarstw świata, od bram piekielnych; to wieża Dawidowa tysiącem tarcz uzbrojona, która niezwykłozonemi czyni walczących pod Jej murami.

Chcąc tedy położyć słowo zachęcenia do gorliwego udziału miłości Waszej w rzezonem Stowarzyszeniu, które się rozwinęło na większą część Bogarodzicielki, wspomniemy, że do znaków, po których Synów Bożych poznać można, należy gorliwa pobożność ku Najświętszej Pannie. Zawsze było i jest znakiem wybrania Bożego gorące nabożeństwo do Maryi i rozszerzenia Jej czci. Mogą się weselić prawdziwi czciciele Maryi, że imiona ich zapisane są w Niebieskiej, „bo jak wszelki o Najbłogosławienisza — wołamy z S. Anżelem — odwrócony od Ciebie i wzgardzony musi zginać, tak niepodobna, iżby zginał na którego Ty wejrzysz“. Zięd nam Najświętsza Panna tytuł Matki Wybranych, bo nietylko stała się nią, że rodząc Jezusa jako głowę, porodziła Wybranych w Nim zawartych jako mistyczne członki Jego, ale jest Matką ich i dla tego, że miłością wyższą nad wszelką miłość ziemskich matek obejmuje ich, strzeże i przyczyną swoją zastania. Na dowód tego dosyć będzie podać rozmyślanie miłości Waszej słowa pisma Ś., które kościół ś. od Ducha Bożego nauczony przykłada do Maryi: „Błogosławiony człowiek, który mię słucha, i który czuje u drzwi moich na każdy dzień, i pilnuje u podwojów drzwi moich. Kto mię najdzie, najdzie żywot i wyczerpie zshawienie od Pana.“ Przyp. R. 8. w. 35. 36 „który mię stworzył odpocznął w przybytku moim. I rzekł mi... między wybranymi nymi rozpuść korzenie“. Ekkl. 24. 12 — 13 — Patrzymy więc WW. Bracia, aby w sercach naszych głęboko zapuściła Marya miłością swą korzenie, z których wykwitnął kwiat gorącego nabożeństwa i wybrania naszego. Jako kapłani mamy Pana czystką dziedzictwa naszego, lecz i sami, jak mówi Hieronim Ś. staliśmy się Jego pierwszą, osobliwą i wybraną częścią. Wybrał nas na lud święty, na królewskie kapłaństwo, na przyjaciół, współpracowników i braci swoich, a przeto uczynił nas w osobliwszy sposób synami Maryi Matki swojej. Ona więc Matką i koroną naszą, Ona przeobfitem źródłem pomocy dla nas w apostołskich trudach naszych. Spieszmy się zatem WW. Bracia powiększyć Jej koronę chwały i uwielbienia, aby nam ugaszenie zapalczywości pokus cielesnych uprosiła, abyśmy pierworodnego Syna Jej w czystości duszy i ciała na ołtarzu rodząc, zawsze Go w sercu i ciele naszym chwalili i nosili. Kwapijmy się WW. Bracia do wywyższenia Jej czci, aby Ona błogosławiona błogosławiła pracom naszym, iżbyśmy w naśladowaniu Jej czystości wiele synów z nauki i przykładu narodzili, i tak z Nią lubo nierówno, matką Chrystusową, według obietnicy Jego zostać mogli. Wyśługujmy sobie u Niej gorliwem nabożeństwem błogosławiącą pomoc, iżby nasieniem słowa Bożego z ust naszych napełnieni zostali w grzechach zatopieni, niedowiarstwem porażeni na sercu i umyśle, a odrodziliśmy się do wiary i bogobojności zakwitli jako lateroście winicy macicy w winnicy kościoła świętego. Podnieśmyż wszyscy błagały głos ku tej sławie rodu naszego, uweseleniu kościoła i wiernych uczciwości. Błogosławiona między niewiastami, i łaski pełna Matko, okaz się nam Matką, opiekuj się nami, a daj nam z przyczyn Twojej oczyszczone od grzechów serce Synowi Twemu na mieszkanie zawsze niepokalane zachować. O łaskawa, o litościwa, o słodka Panno Marya!

Przewielebnych KKs. Dziekanów wzywa się uprzejmie, aby po jak najspieszniejszym rozestaniu załączonych 17 księżeczek z niniejszą odezwą między swoich kondekanalnych, za wzajemnem porozumieniem się z sąsiednimi dekanatami wpisywanie się do stowarzyszenia tak urządzili, iżby żądana od jednej korony liczba 31 członków dwóch lub więcej dekanatów zebrać się mogła jak najprędzej. Po zebraniu jednej korony starszy wiekiem w kapłaństwie Dziekan niezwłocznie przesłać wykaz do Kosystorza.

Do powyższych księżeczek dodaje się modlitwy czyli ofiarowania krwi przynajdroższej Pana naszego Jezusa Chrystusa na dziękowanie za łaski i dobrodziejstwa Najświętszej Maryi Pannie Matce Bożej wysławiane osobliwie w Jej Niepokalanem Poczęciu. Ponieważ Ojciec Ś. dla wszystkich wiernych, którzyby je odmawiali, udzielił odpusty, także duszom wiernych zmarłych przysługujące, przeto najusilniej polecamy WW. Duchowieństwu ich odmawianie, a oraz rozpowszechnienie między ludem wier-
nym.

Przemysł, dnia 30. Kwietnia 1862.

Ks. J. Hoppe,
Jen. Wikary kapit.

**PRÆLATI ET CANONICI, TOTUMQUE CAPITULUM EC-
CLESIAE CATHEDRALIS RIT. LAT. PREMISLIENSIS,**

VENERABILI CLERO DIOECESANO,

Salutem in Domino!

Cum e SS. Canonum dispositione Ecclesiarum Cathedralium Capitula in deficientium Episcoporum, præsertim, si hos ex humanis rebus eximi contigerit, locum subrogentur eisque in spiritualibus et temporalibus succedant, eorum munus erit viduat' Ecclesiis ita consulere, ut ministrorum solertia et deligentia viduitatis incommoda minime sentiantur.

Ne igitur Ecclesia et Diœcesis r. l. Premisliensis per obitum præmaturum summe venerandi, Nobisque, dum viveret, dilectissimi Antistitis nostri, Adami Equitis Jasiński, die 3. Martii a. c. Leopoli subsecutum, Nostri culpa aliquid detrimenti in Spiritualibus patiat, Nos Prælati et Canonici totumque Capitulum prædictæ Ecclesiæ supralaudatis canonibus et præsertim decreto SS. Concilii Trident. Sess. 24. de reform. Cap. 16. obtemperare volentes, vocatis omnibus et singulis Prælati et Canonicis inter tempus octo dierum a dicto S. Concilio statutum, ad Vicarium, qui vices Nostras in Spiritualibus sustinere debeat, deputandum accessimus, congregatisque omnibus et singulis voce activa et passiva in Capitulo Nostro gaudentibus, habitisque congregatorum votis, de unanimi consensu ejusdem Capituli Illustrissimum ac Reverendissimum **D. Josephum Hoppe**, Præpositum Ecclesiæ Cathedralis infulatum, insignis Cæs. Ordinis Austriaci Leopoldi Equitem, de cujus probitate, scientia, pietate et prudentia optime persuasi sumus, generalem in Spiritualibus Vicarium Nostrum in prædicta Ecclesia cathedrali, Civitate et Diœcesi rit. lat. Premisliensi deputavimus, constituimus, creavimus pro tempore modernæ Sedis vacantæ, cum omnibus et singulis juribus, facultatibus, privilegiis,

honoribus, oneribus, præeminentiis et prærogativis, ad hujusmodi munus exercendum necessariis et opportunis, dantes Ipsi plenam et liberam potestatem omnia et singula exercendi, quæ Capitulo Sede vacante in utroque foro à jure et consuetudine permittuntur, et proinde causas omnes audiendi, providendi, decidendi, nec non ea omnia faciendi, quæ Nos ex jure et consuetudine Sede episcopali vacante facere et mandare possumus, nihil omnino ex iis excipiendo. Quare universo Clero hujus civitatis et Diœcesis, aliisque hujatis Ecclesiæ jurisdictioni subjectis præcipimus, quatenus prælaudatum Illustrissimum ac Reverendissimum D. Josephum Hoppe Vicarium Officialemque Nostrum generalem agnoscant et revereantur, Ipsique in omnibus prædictis pareant et obediant, contradictores vero et inobedientes pœnis et censuris ecclesiasticis ab Ipso compesci et cœrceri volumus.

De quo Venerabilis Clerus Diœcesanus sæcularis ac regularis præsentibus informatur et populum fidelem informari faciet.

A Capitulo Cathedrali rit. lat.

Premissæ die 8. Martii 1862.

Michael Kirchenberger,

Decanus Capit.

Franciscus Xav. Pawłowski,

Scholasticus Capituli.

Josephus Ziemiński,

Canonicus Cathedralis.

Romualdus Giebułtowski,

Canonicus Cathedralis.

Martinus Skwierczyński,

Canonicus Cathedralis.

JOSEPHUS
HOPPE,
PRÆPOSITUS INFULATUS CATHEDRALIS,
Sede Episcopali vacante Vicarius Capitularis,
CÆS. AUSTR. ORDINIS LEOPOLDI EQVES.

VENERABILI CLERO DIOECESANO,
Salutem in Domino!

Placuit Reverendissimo Capitulo Cathedrali r. l. Premisliensi post præmaturum obitum dilectissimi Antistitis Nostri Adami Equitis Jasiński Me generalem in Spiritualibus Vicarium suum pro tempore Sedis vacantæ deputare ac constituere, et grave spiritualis Regiminis Diœceseos onus meæ infirmitati imponere.

Imbecillitatis meæ bene conscius arduum munus isthoc cum timore ac tremore suscipiens, ante omnia ad Patrem misericordiarum ac Deum totius consolationis fervidissimis precibus confugio, ut imbecillitatem meam supernis charismatibus confortare, mihiq; sapientiam ac virtutem in tempore opportuno elargiri dignetur; Vosque Venerabiles Fratres! enixe exoro, ut me Oestrarum quoque precum suffragio apud Deum juvare velitis, sicut et ego in orationibus meis Vestri memoriam continuo habere non intermittam.

Confido etiam in Vestram Fratres dilectissimi! erga me benevolentiam, cujus non pauca documenta pluribus occasionibus mihi data grato semper animo retineo; confido de promptitudine Vestra juvandi me consilio et opere, et sustinendi mecum curas ac sollicitudines in promovenda gloria Dei et æterna animarum mihi Vobisque concreditarum salute procuranda.

Solatur item spes, orbitatem Diœceseos non diu esse duraturam, et lugentem modo sponsam brevi iterum sponso suo ornatum iri. Quem in finem non cessemus ardentibus a Deo efflagitare precibus, ut dignetur abbreviare dies viduitatis Ecclesiæ Nostræ et dare Nobis pastorem secundum cor Suum.

Munus generalis Vicarii Capitularis in spiritualibus per totam Diœcesim r. l. Premisliensem aggrediens, jurisdictiones et facultates a p. d. Episcopo concessas sive approbatas confirmo universas — in quantum se potestas Ordinaria Vicarii Capitularis extendit-donec terminus præfixus lapsus non fuerit, aut ego ipse eas revocandas non censuero.

Quoad casus conscientie Sedi Ordinariæ reservatos nihil innovatur. — Pro obtinendis vero amplioribus facultatibus, in Salutem Christi fidelium exercendis sub uno ad s. Sedem Apostolicam supplex recurro.

Premisliæ, die 8. Martii 1862.

Josephus Hoppe,
Vicarius Capitularis.